

tant. 2. Capitis infirmitas, & imaginative leſio, nimia corporis maceratio, & diuturna vigilia. Hęcaus ut expellantur, medicorum arte opus est.

IV. Alię cauſe aut à demone, aut à propriis vitiis oriuntur. 1. Dämones pernovent humores melancholicos & terros, unde scrupuli manare solent. 2. Societas, & familiaritas cum scrupulosis. 3. Ignorantia, que impedit distinctionem boni à malo. 4. Superbia, qua qui nimium proprio iudicio fidit. 5. Deus etiam permittit interdum aliquas animas scrupulis vexari, aut in criminum penitentiam, aut ad majorem perfecionem.

V. Duplex scrupulorum genus. Alterum eorum qui ſcīpſa probi, & optimè morati ſunt, & nimia anxietudo declinandi vel ipſam peccati umbras torquentur scrupulis. Alterum eorum qui scrupulos ſibi movent in rebus nullius momenti. Scrupulis ſe torquunt ajunt, quod mente distracta oraverint, quod temerē de proximo iudicium tulerint, quod internis ſuggeſtioneſ promp̄e non refuterint. Ceterum nullum ſibi scrupulū movent, quod preceptum elemoſyne non implerint, quod laute vivant, ſuſque appetitionibus indulgerint ſtudent, quod debita ſue profectiōnē implere negligant: loco proverbi ſetur, quod ſcrupuloi ſunt golosi, dura cervicis, & commordorum amatores.

VI. QUEST. I. Quānam ſcrupulorum remedias? RSP. Plura aſſignant auctores. P. Hermanus Buſſembau inter regulas quas pro ſcrupulis pellendis exhibet, unam aſſignat cap. 3. quæ illius modula dulcedinem patet, & eſt num. 4. poſita, hiſque verbiſ concepta apud P. Lacroix pag. 51. Aſſuefacere ab ſequenda ſententiis mihiore, & minus eiam tutas. Fil. num. 181. To aſſuefacere emphasis prefert, & latifimē diuagatur per viam latam, & ſpatiosam. Non eſt opus peruafionis ut homines aſſuefacient ſe opinionib⁹ mitioribus, & minus tutis. Natura quippe ſua proni ſunt ad mihiore, & laxiora, & minus reſiſtoſ. Hanc regularum ut falſam, & peccatiōnem reſiſtoſ.

VII. REGUL. I. Scrupulosi ingredientur viam arcam, & angustam quam Christus preſcribit, & caveant à via lata, & ſpatioſa, quę ducit ad perditionem: id enim non ad ſcrupulos ſoveniſ, ſed potius abigendis perutileſ el. 2. Aſſuefiant humiliante, precibus, & pietatis operibus. 3. Exerceant ſe in virtutibus theologicis ſidei, ſpei, & charitatis. 4. Sollicitè caveant cum mortaliſta, cum venialia. 5. Sanctorum vitam imitantur. 6. Seligant directorem doctum, & plium, & ſancte doctrine affertorem. 7. Ejusdem conſilii pareant ad nutum, & ejusdem conſiliones ſuſcipiant ut Dei. Acceptis ſenſi reguliſ direcionis, non debent impunitoſ directorem adire, & molestiſiſ interrogationibus vexare, & rādio ſummo afficeret; ſed regularum quas accepterunt, beneficio abigere ſcrupulos, & ſpectra debent.

VIII. QUEST. II. Quoniam ſe gerere Confeſſarius cum ſcrupuloso debet? RSP. I. Denuntier ſcrupulosis ſe nōle corundem regimē ſuſcipere,

D I S S E R T A T I O N I I .

De Probabilismo ejusque conſideratione.

Probabilismus per universam Theologiam excurrit. Fermentum eſt quod universam doctrinam inſtituit. Utrum eam corrumperat, aut animabus utiliorem efficiat, in diuinatione vo-

catur. Imbecillitatis mea adeo evidens appetit Probabilismum universam morum doctrinam corrumpere, & omnes christiane doctrinę regulas pervertere, & ab inīis fundamentis ſuſfolere, ut verba definiſ quibus exprimere id pro dignitate valeam. Ne vero hanc meam ſinceram, & ingenuam ſcribendi rationem carpere ullo modo poſſit. Probabilista, in corundem memoriam revoquo quod in Prefat. ad Reg. M. ſc. 12. ſcribit doctissimum Jeſuita P. Ignatius de Camargo. Nemo, inquit, juvare reprobabat, quod diuinationis benignam deduxerim ex ea ſequulas plurimas, quas afferret, aut probet eſe longe horrendissimas, vel hereticas, aut blasphematas.... Alioquin argumentum absurdum, quod aijunt, vel ab impossibili, quo nullum in Theologia, frequentius eſt, uortabit de medio tollere. Subdit vero libidinosus celeberrimus hic Jeſuita. At video plures eſe Probabilistae ſancte delicatissimos, qui cum ipſi audacissime non modo de nobis ſententia, rerum eius de Patronis ipſius quidvis loquuntur, & scribant, benignam tamē ſuum opinio[n]em vel leviter tangi non ferunt. At veline, nolint, ſustineant patienterque ferant necesse eſt ut nos pro modulo noſtro, omni humano respectu contempto, evangeliacum morum doctrinam a vanis commentis, & pernicioſis opinionibus vindicemus.

C A P U T I .

Opiniones à S. Sede dannate in controverſia Probabilismi.

I. IN universo hoc opere primū omnium damnatas ab Ecclesia theſes ob oculos lectio[n]es revocabo, ut in antecedente caueri ſibi a errandi periculo queant: Sequentes autem in Probabilismi controverſia proscriptiſ Romana Sedes ſub Alex. VII. & Ven. Innoc. XI. Pontifice O. M.

1. Si liber ſit alceus junioris, & moderni, debet opinio certe probabilis, dum non conſet rejec[t]are ſe à Sede Apollonica tanquam improbabiliſ. 27. Alex. VII.

2. Non eſt illicitum in Sacramentis conſeruandi ſequi opinione probabilem de valore Sacramentorum, relata tute, niſi id vett lex, conventione, aut periculum gravis danni incurriend. Hinc ſententia probabilis tantum utendum non eſt in collatione Baptismi, Ordinis fæcerotatis, aut episcopalis. 1. Innocenc. XI.

3. Probabiliter exiſtimo, judicem posse judicare juxta opinione etiam minus probabilem. 2. ejusdem.

4. Generatim dum probabilitate ſeu intrinſeca, ſeu extrinſeca, quantumvi trahi, modo a probabilitate ſuſibus non exiſtur, conſixi aliq[ue] agimus, ſemper prudenter agimus. 3. ejusdem.

5. Ab infidelitate excusabatur infidelis, non credens duabus opinione minus probabilem. 4. ejusdem.

6. Probabile eſt ne finitus quidem rigore quicunque per ſe obligare preceptum cœrabilitatis erga Deum. 6. ejusdem.

C A P U T I I .

Quid, & quatuorplex ſi opinio probabilis, probabiliſ, tutu, & tuor? Germanus ſenſus quæſio[n]is proponitur.

I. VERA opinio[n]is probabilis finitio hęc eſt: Aſſenſus intelletus ad unam partem cum formidina parti oppositæ propter motivum probabile, ut S. Thomas cum ceteris Theologis docet 1. part. quæſt. 79. art. 9. ad 4. Probabilis accipitur per ordinem ad veritatem. Quæ veritas, ſi rationibus evidentiis, & certis menti patet, tunc mens elicet aſſenſum certum, & evidentem, habetque de tali veritate certitudinem omnis fortitudinis de oppofita parte expertem. Si hęc veritas foliſ rationibus probabilibus ſe menti offert, tunc mens format aſſenſum opinio[n]ibus, ſeu opinione[n]is probabilem. Quare idem valet probabilitas, ac verisimilitudo.

II. Una opinio verisimilior, ſeu probabilior altera dicitur, quando occurruunt ſolidiora momenta pro illa quam pro hac. Quare probabilior eft que magis accedit veritati. Opinio minus probabilis nuncupatur quæ minus accedit veritati, & ab eadem magis dicitur quam probabilior. Ante ortum Probabilismi ſola opinio probabilior per opinionem probabili habebatur. Nam opinio minus probabilis in conſpectu probabilioris antiquis omnibus probabilis non fuit, & reiſa non eſt, ut inſtrā palam fieri. Utcumque tamen re ſe habeat, ab hoc diſcretione noſtra ſententia non pender.

III. Opinio probabilis diuiditur in ſpeculativa, & practica. Hęc paritio abolitum accepta vera eſt. Nam ſcientia alias ſpeculativa ſunt quæ in ſola ſpeculatione, & meditatione ſunt; alia ad opus ſe extendunt, & dicuntur practica. Hęc diuinatione plures abuntuntur, qui opinione ſpeculatoris probabilem vocant quæ ſpectat actionem à ſuſ peculiaritatibus circumſtantiaſ praefatam, & practicam, que conſiderat obiectum, ſeu actionem ſuſ circumſtantiaſ veſtimenta. Heinc colligunt opinione[n]em quæ erat probabilis ſpeculatoris, evadere practica improbabili propter variationem circumſtantiarum. Hęc diuinatione hoc paſto explicatim meritò impugnat P. Vazquez tom. 1. in 1. 2a diſp. 62. cap. 4. & diſp. 63. cap. 1. Nam quando variantur circumſtantiae in genere moris, opinio non remaneat eadem, ſed altera evadit. Eadem enim opinio dicitur ſpeculatoris, quatenus meditatur obiectum cum omnibus ſuſ circumſtantiaſ, & ſit in ſola ſpeculatione; evadit autem practica prout dirigit, & imperat executionem operis. A probabilitate quippe ſpeculatoris oritur practica; ſeu ipſa probabilitas ſpeculatoris extenſione fit practica abſque ullius circumſtantiaſ variatione, & diversitate.

IV. Russus opinio eſt probabilis ab intrinſeco, que nititur ſolido, & gravi fundamento rationis; & eſt probabilis ab extrinſeco, quando nititur auctoritate Theologorum. Hęc auctoritas

minim : Psalm. 11. Quanam verò major diminutio veritatis, quam si rejiciatur quod magis accedit veritate, & eligatur quod plus distat à veritate, seu quod judicatur minus verum ; cum Deus contra imperet : Mandata tua cunctis iustis : Psalm. 118. Tandem Deus Ecclesi. 37. hac præcipit : Ante omnia opera verbum VERAX procedat te, & ante omnem aliam confutum stabile, non minus verax, nec minus stabile.

XI. Hinc itaque confutur argumentum. Articulus fidei est evangelicam legem, quam pro conscientia nostra regula certa, tuta, & indefectibilis Christus Iesus nobis dedit, puram & sonam veritatem continere, & omnem falsitatem rejicare, & detestari. Hæc, ut dixi veritas fidei est. Probabilisti defendunt, & quidem pugnacissime, lictum esse usum contradictorium opinionum, in quantum alterutra contineri falsitatem antievangelicam, certè, & evidenter sciunt. Ergo Probabilisti certè, & evidenter docent falsitatem cognitam vi sistematis esse regulam recte conscientia. Ergo Probabilisti propagnant doctrinam antievangelicam.

X. Secunda propositio est evidenter, cum sit argumentum disputationi subjectum. Negant ne Probabilisti lictum usum opinione probabilioris ? Negant ne lictum usum minus probabilis contraria de eadem prorsus actione, & respectu ejusdem personæ ? Ultimè hoc negarent, quia repudiant Probabilium, & eundem ditis devovent. Non tantum id haud negant; quin potius dissertissimè affirmant, & omnium ore ita alloquuntur Christianum P. Antonius Caspedon. 2. in ipsa dictatione operis. Cum Magister veritatis sit, adeò humanae conscientiae inficit, ut in tuo veritate tribunali error inculpari ipsam coquet veritatem. Eum enim non accusas, sed excusas; non pœnas, sed premias, ipsam tuam legem habendo pro non lege, & tuam non legem habendo pro lege, si lex ut non lex, & non lex ut lex invincibiliter ignorare.

XI. Hanc doctrinam, ut vidimus supra cap. 3, admittunt, & defendunt communiter omnes Probabilisti. Ergo evidenter, est secunda demonstrationis nostra propositio, videlicet Probabilisti docent lictum esse usum falsitatis Probabilium pallio induere : & hanc falsitatem, & errorem ipsius ignorantie nube obtegunt ingredi Paradisi januam, & eterno gloriæ premio a Patre veritatis coronari. Hæc autem doctrina imbecillitatem mœræ, & salvo meliori iudicio evidenter falsa, antievangelica, & scandali plena appare.

XII. Lubet qua dixi, sensibili exemplo confirmare. Sunt duo pocula vini, in quorum altero venenum latitat, at ignor in quorum determinate residet. Si duobus hominibus ambo pocula bibendu tradiderem homicidii sanè reus fore: quoniam scio certè in alterutra venenum mortale contineri. Sunt due opinione contradictoria, in quarum altera continetur transgressionis divinae legis, adquæ reatus eternæ damnationis. Ignorans utique quanam determinatæ vera sit; ac certissime scis in alterutra contineri

falsitatem. Ambas sequendas proponis ; Petronianam, Paulo alteram. Hæc propositio contine statum questionis, quam omnes Probabilisti defendunt. Unum pre omnibus audiamus P. Paulum Laymanum, omnium Probabilistarum moderatissimum, qui lib. 1. tract. 1. cap. 5. hęc scribit : Arbitror nihil à ratione alienum fore, si Doctor confutus significat confusenti, opinionem à quisdam viris doctis tamquam probabilem defendi, quam prouide sequi ipse licet. Quamvis idem Doctor ejusmodi sententiam speculativam certe sibi persuadet, ut prouide ipsem in praxi sequi non posse. Cum enim consensu in re dubi, nisi habeat se conformandi opinione, quæ à quibusdam viris doctis defenditur, nihil obstante quod aliqui alii contradicant, & speculativæ sententiam in probabilem indicent, hoc ipsum jus confutent Doctor indicare non prohibetur: atque hinc existit quod vir doctus diversi secundum Oppositos Sententias, Opposita Confilia dare possit, servatas tamen dictiones, ac prudentia. Paucis hic habes totum Probabilismi arcuam expositum. Tu judicas propositionem que tractat de peccato mortali, certe falsam speculativam, idest absolutam in se. Si falsam certo judicas, certe quoque judicas esse antievangelicam, argue adeò à Deo proscriptam; cum omnibus falsitatis improbat sit à Deo. Tibi eam sequi non licet, inquit P. Laymanus: licet tamen tibi alii eam fuadere. Quid? Alii fuadere potes quod tibi non licet? Ubi ergo Christi oraculum: Quid tibi non vis fieri, alteri ne facias? Ubi veritatis amor, quam sequi præcipiteris, & alios edocet?

XIII. Ad ultimam nunc propositiōnē, ame propositam devenio. Vir doctus diversi secundum oppositos sententias opposita confusa dare poset. Vir doctus evidenter sit, ut diximus, & absoluēt cognoscit in alterutra sententiarum concinctorum venenum falsitatis; utrasque tamen diversis hominibus illas sequendas præberet, & suaderet. Ergo sciens, & volens veneno falsitatis unum confutulentum occidit. Falleris, inquit. Venenum falsitatis fuso Probabilium illum vim amittit occidendi. Ita ne vero? Quod falsitas ignorancia invincibiliter testa innoxia evadat, & ipsi fateor. At quod falsitas evidenter cognita sit vitiosa, nemo negare valet. P. Layman, & cum eo omnes ad unum Probabilisti docent duo hæc paradoxa, mili fane monstrava. Primum, quod tu suaderet quas sententiam quam certè fallam in se cognoscis. Alterum, quod tu secundum oppositos sententias opposita confilia diversis hominibus præbere valeras; cum certissime scias in alterutra sententia falsitatis venenum latitat. Uni enim istorum hominum doctrinam in se antievangelicam, qualis est omnis doctrina falsa, suades. Doctrina autem antievangelica non in calum extollit, sed ad infernum deridit. Quis hinc evidenter? Non colligit, Probabilium hunc Evangelium Christi ad purum, purumque Scopisticum, Pyrrhonismum & Academicum reducere?

CAPUT IV.

Summi Pontificis Alexandri VII. autoritate evincitur sistema probabilisticum pugnare cum lege evangelica.

I. QUE hactenus dicta sunt, fatis superque sufficere profigunt, exterminando Probabilismo. Verum quod luculentior veritas est, eo pluribus indigent cavillationibus, effugis, latebris, & sophistis distinctionibus qui obscurare, & opugnare illam intentuntur. Quoniam & nos cogimur sermonem protrahere, & quæ diximus, litorum Pon-

tificum auctoritate confirmare.

II. Alexander VII. an. 1655, die 24. Septembris hoc evulgavit Decretum, „Sanctissimus“, D. N. auditiv non sine magno animi sui mortore complures opiniones christiana disciplina relaxativas, & animalium pertinientia inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim novas viter prodire; & summam illam luxuriantiam ingeniorum licentiam in dies magis excrecerere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus, tibus modis opinandi irrepti alienus omnino ab evangelica simplicitate, & sanctorumque Patrum doctrina; & quem si pro recta regula fidiles in præcis sequentur, ingens eruptra est christiane vita corruptela. Quare nullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cuius verba in aeternum permanent, ardam esse definit, in animalium pertinientem dilatar, seu verius perverti continget: idem sanctissimum D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spacio, lataque, per quam itur ad perditionem, via pro pastorali sollicitudine in rectam semitam evocaret, carundem opinionum exanimis pluribus, &c. “

III. Conferatur hoc decretum cum demonstratione antecedenti, & continuo apparuit Probabilismus non minus cum evangelica doctrina pugnare, quam tenebras cum luce. Tria perpendenda in decreto Alexandrinio. Propositiones damnatae, de quibus nunc disputatio nulla. Alterum, Modus opinandi irrept in morum Theologia, in rebus ad conscientiam pertinentibus. Hunc modum intritus summa luxuriantiam ingeniorum licentia. Modus iste opinandi seu probabilizandi alienus omnino est ab evangelica simplicitate, idest à spiritu, & forceitate evangelicæ legis, & sanctorum doctrina. Quid heinc consequitur? Si fidèles, si pastores, & animalium moderatores hunc modum sequentur, ingens in christianam vitam eruptra est corruptela. Terribilis est, modum hunc probabilisticum opinandi animas christianas in viam latam, & spatiolum, quæducit ad perditionem, detrudere. Quare SS. Ponitifex in ecclasiæ in semitam salutis, quam arctam esse Deus definit, revocaret, opiniones plures damnavit. Plantam probabilisticam venientem, seu ab evangelica lege, & Patrum doctrina alienam declaravit fructus vero plures inde proficiebant reprobat.

Tom. I.

IV. Heinc luce metidiana clarissim patet in hoc decreto Pontificem sermonem habere, non de opinionibus dumtaxat particularibus (nam has opiniones sigillatum damnavit) sed de ipsis probabilistico sistente. Modus opinandi irrepsit, quem si pro regulari sequerentur fides, in viam perditionis prolaberentur. Regula autem formandi conscientiam est Probabilismus, ut late probat Terillus in suo tract. de Reg. mor. Regula est, ipsa fatenibus Probabilistis, benigna. Pontifex vero declarat hanc regulam pugnare cum Evangelio, Patrumque doctrinam. Edificant non nobis Probabilisti, quinam alias modus, quanam alia regula aliena ab Evangelio, & Patrum doctrina irrepsit in morum Theologiam, præter Probabilismum? Designant nobis alium modum, aliud sistema, aliam regulam.

V. Hac omnia in obvio decreti sensu evidenter sunt. Accedit quod omnibus historicis patentibus Probabilismus denuntiatus Pontifici summo fuit. Præterea Stephanus Gradus Vaticanae Bibliotheca Praefectus, & Alexander VII. supplicat, restatur tum in voto lacry Congreg. iustitia edito, tum in disputatione anno 1670. Rome edita aduersus P. Honoratum Fabrum, Pontificem illius verbis modus opinandi irrept alienus omnino ab evangelica simplicitate, & sanctorumque Patrum doctrina; & quem si pro recta regula fidiles in præcis sequentur, ingens eruptra est christiane vita corruptela. Quare nullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cuius verba in aeternum permanent, ardam esse definit, in animalium pertinientem dilatar, seu verius perverti continget: idem sanctissimum D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spacio, lataque, per quam itur ad perditionem, via pro pastorali sollicitudine in rectam semitam evocaret, carundem opinionum exanimis pluribus, &c. “

VI. Alexandrum VII. his verbis (modus opinandi &c.) notatæ Probabilismus testatur etiam universa Ecclesia Gallicana in Comitiis generalibus congregata anno 1700, his verbis: „Nunc, ut ad aliud fidei caput veniamus, ad moralem, scilicet Theologiam, his postremis temporibus, prava ingeniorum licentia, ac subtilitate corruptam, præmitenda puramus verba felicis membra Alexandri VII. Modus opinandi irrept, &c. quæ sententia non modo errores increvit, quæritur, verum etiam, quod capit eis, adnotari voluit, ipsam rei tractantem rationem esse introducere, unde videmus

cortupelam morum non modò securum, verum etiam, facta veluti insperu, irruptu, ram, quam vix cohibere possemus. „Neque vero satie fuit sanctissimo Pontifici, (perpendant hæc verba Probabilistæ) novam

B

, hanc

tas non tam ex eorum numero quam ex eorum merito, doctrina, & sanctitate metienda est. Præterea altera est opinio probabilis *objektiva*, que in se talis est, quatenus pro se habet gravia rationum momenta, sive à ratione, sive ab auctoritate accessitatis; altera opinio probabilis *subiectiva* dicitur, quæ viro fieri, & maturè considerare rationes, & fundamenta ejusdem illius apparere. Si haec rationes revera solidae, & graves sint, tunc opinio est probabilis, & *objektiva*, & *subiectiva*.

V. Tandem opinio alia turā, alia tutor. Status laicalis, & matrimonialis tutus est: tutor est status religiosus: uterque tamen status tutus est. Et quia hoc exemplo uitur P. Medina 1. 2. q. 19. art. 6. in explicatione probabilis, & probabilioris, idcirco excusat à multis solet à *Probabilis* recentiorum. Ufus igitur istius distinctionis locum habet tum solium cum ambigentia certa sunt, sed una remota est à peccandi periculo etiam materialiter. Contrario charitate imperfecta formata sufficit in omnium sententiā ad sacramentū penitentia. Hac sententia tutus est. At si charitas perfecta sit, tutor sānct sententia evadit.

VI. Imperitorum plurimi confundunt sententiam tuorum cum probabile, & tutam cum minus probabile. Hinc *Probabilis* vocantur ab imperio vulgo *Tutoris & Rigorist*. Sed haec pura calumnia est ex ignorantia, & quidem supina parte. Opinio stans pro lege *tutor* est, at non propter *probabilis*. Quoniam opinio tutor dicitur quæ magis removet hominem à periculo peccandi. Si tamen interdum afferatur talis opinione obstringere hominem à ejusdem executionem, falsa, & improbabilis erit. Tunc sanctus fons servabat capitatem, si nunquam mulieres alpicat, aut alloquatur, & tunc absquebet ab ultra, si nullus incaeat contractus. At si obstringere absoluto velis homines ut ab omnium mulierum colloquio, & ab omni contradicunt, opinio penitus improbabilis, & falsa est. Opinio quippe tutor, & opinio probabilis à diversis principiis manant: haec à majori accessu ad veritatem, & à gravioribus rationibus momentis; illa à majori recessu à periculo peccandi.

VII. Ultimò dividitur probabilitas in probabilitatem *conscientię*, & in probabilitatem *impunitati*. Probabilitas conscientię ea est de qua hactenus. Probabilitas impunitatis ea est qua gaudent libri editi cum approbatione Revisorum, seu Censorum: quæ probabilitas minime sufficit ad formandas conscientias probabilium. Quare proscripta est ab Alexandro VII. sequens opinio: Si liber sit aliquis junioris & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet esse rejectum à Sede Apostolica tanquam improbabilem. Hinc patet quanta laborent ignorantiæ illi qui efficiunt: Liber approbatuſ est: ergo opinio illi sua fruiatur probabilitate. Hac sola probabilitate *iniquitatis* gaudent plures Ordinum Regularium constitutions, quæ approbatuſ sunt in forma communis, secus in forma specifica. Hac approbatione rite solemnē omnes sententie, & leges in libro con-

tenta signifikat discentiuntur, & approbantur. An hac approbatione in forma specifica, ut ajunt, aliisque Ordinum constitutions sint approbatae, me late. Communiter approbatuſ sunt in forma communis; & tunc sola gaudent probabilitate *impunitati*. Quamobrem sicut in aliis libris approbatis in forma communis, & in his constitutions occurere opiniones possunt improbables. Et tunc incepit allegantur approbationes pontificie, ut tales improbables opiniones propagentur ut probables probabilitate *conscientię*, cum sint dumtaxat probables probabilitate *impunitati*.

STATUS QUÆSTIONIS exponitur.

VIII. Argumentum de quo disputatio instituitur, & quod per universam Theologiam excurrit, ejusmodi est. „Quis dubitat sit ne aliqua, quæ actio mala moraliter, seu divina lege prohibita? Is agnoscit in utramque partem Theologos graves, & pios invicem pugnare, sibiique contradicere. Omnibus maturè expensis, cum à ratione, tum ab auctoritate probationibus deprehendit, & judicat verosimiliter talen actionem esse virosam: vider fundamenta quæ evincunt malitiam, & probationem actionis esse graviora, & superare fundamenta opinione, nisi opposite, quæ star pro honestate ejusdem actionis. Quælibet posse ne is, rejecta probabiliori, sententiam amplectit minus probabilem, & prestatam actionem libertè exequi?

IX. Negant *Antiprobabilis*. Adfiantur à contrario *Probabilis*, atque defendunt, licet esse utrumque opinione, ita ut possit Christianus quam maluerit eligere. Probabiliorum quidem ex consilio majoris perfectionis, minus vero probabilem ex libertate electionis; cum nullum præceptum urgat ad priorem.

CAPUT III.

Argumento evidenti, & ineluctabilis evincitur, doctrinam de lelio usq; opinione minus probabilitate in corpore probabilioris esse falsam. *Et antievangelicam.*

PRIMA PROPOSITIO.

I. A rticulus fidei est evangelium Christi contineat solam & puram veritatem cum exclusione cuiuscumque falsitatis, atque hoc Evangelium esse regulam certam & tutam, quam pro nostra conscientia dirigenda Deus nobis assignavit.

Hæc prima propositio articulus fidei est, & extra cuiuscumque disputationis, & cavillationis aleam constituta.

SECUNDA PROPOSITIO.

II. Probabilis docent licitum usum utriusque propositionis contradictoriæ, quarum una si vera est, altera falsa sit necessum est. Utraq; enim esse vera nequis, ut omnes faciemur.

Hæc

Hæc secunda propositio est ipse status quæstionis. Est veritas facti luculentissima, qua revocari in controversiam à nemine potest, nisi quæstionis status destrueratur.

TERTIA PROPOSITIO.

III. Ergo doctrina Probabilis est antievangelica, cum doceat licitum usum falsitatis, qua in altera opinionum continetur, quæque hostiliter cum Evangelio pugnat. Consequens hoc legitima est, & necessaria manat ex duabus primis propositionibus.

§. I.

Brevis explicatio prima propositionis.

IV. Unique lex evangelica est regula extrinsecæ & temora operationum moralium; & regula intima & proxima est mentis ratio, qua ipsa lex evangelica proponitur. At cum lex ista sit lex veritatis, ut de fide est, qui statuunt regulam conscientie esse falsitatem, ut cognitum, docent errorem antievangelicum. Quis hoc inficiabit? Hoc docent Probability vi si sistematis; quod evincit explicando secundam propositionem.

§. II.

Brevis explicatio secunde propositionis.

V. Factor certo nobis non constare, quænam ex duabus opinionibus vera sit. Nam evenire, licet pertarrat, potest ut opinio quæ nobis probabiliter videatur, falsa sit, & minus probabile, vera. Quid heine? Illud fānū quod si post matutinam diligentiam Antiprobabilis eret in eligenda falsitatem veritatis loco, dignus exculpatio error sit. Siquidem Antiprobabilis veritatem ut regulam certam, & evangelicam veneratur, & propagat solam veritatem esse normam conscientiae nostræ. Huc autem principio non contradicit, si ob iusmebicitatem in felicanda sententia quam veritati propinquiorum certi iudicat, decipiatur.

VI. Probabilis est contrario loco systematis & principii constitutus sciens & volens, licitum esse utrumque opinionem contradictoriarum, quarum si una vera est, altera falsa sit opere. Certo, & evidenter scit Probabilis, quemadmodum sciunt omnes, alterum contradictoriarum esse fallam. Ergo dum Probabilis loco principiū constitutus licitum usum contradictoriarum opinionum, dogmatici errat: qui pro regula conscientie statuit falsitatem cognitam, quam scilicet in altera opinionum contradictoriarum contineri certi sic. Quamvis enim ignorat quam ex duabus vera sit, evidenter tamen scit, in altera contineri falsitatem. Ergo loco systematis constitudo, licitum usum utriusque opinioñis contradictoriæ, sistematis docet licitum usum falsitatis etiam cognitum. Nihil autem hostiliter pugnat cum evangelio veritate, quam falsitas. Dupliciter ergo etas Probabilis. Primum dogmatici,

Probabilis simplex & perspicuum responsum preberet, huic demonstrationi non possunt.

VII. Torquere ingenia sua Probabilis, & distinctionum centones infarcire possunt; ut numquam simplex, & perspicuum præstat demonstratiōnē dabut responsum. Propositio prima articulus fidei est, millies in Scripturis repetitus. Lex tua veritas. Lex veritatis in ore fui, Psalmi 118. Omnia mandata tua veritas. Mandati iustitiam testimonio tua, & veritatem tuam nimis. Subdit Zacharias c. 8. Veritatem tantum, & pacem diligere. Deus veritatem custodiendam tradidit populo tuo. Genui iusta cunctis veritatem: inquit Isa. 42. Populus Dei hanc veritatem manifestat, repetit c. 28. Isa. Notam facit veritatem. Et per hanc veritatis semitam Filiū Dei ambulant. 34 Reg. 3. Ambulantes in veritate. Hanc elegit David Psalmi 118. Viam veritatis elegit, minime viam probabilitatis. Hac veritate sancti evadimus. Sanctificati in veritate. Ita parati sunt ad veritatem propagandam, inquit Paulus 2. Cor. 13. Non enim pulchrum aliquid adversari veritatem, sed pro veritate. Hæc est sanctitatis regula. In sanitate veritatis, subdit idem Paulus Ephes. 4. In mundo Christus venit ut hanc nos doceret veritatem, pergit Paulus 1. ad Tim. 2. Qui vult omnino bonitas falsos fieri, & agitacionem veritatis venire. Eros suis filios veritatis appellat. Jac. 1. Genit nos verbo veritatis. Quoniam Deus veritas est. Veritas est quæ nos à peccato liberat, subdit Joann. c. 8. Cognoscitis veritatem, & veritatis liberabit vos.

VIII. Privatio veritatis nota est reprobum, ut habetur 1. Mach. Non est veritas in te. Scit isti, inquit 1. ad Timotheo 6. Paulus veritate privati: additique 2. ad Thess. c. 2. Non crediderunt veritati: immo à veritate abdixi averterunt: 2. Tim. 4. Advertentes se à veritate: ad Timotheo. 1. Resistunt veritati: 2. ad Tim. 2. Istius veritatis amore deficiunt fuit: Charitatem veritatis non receperunt: 2. Thess. 2. Non acquisiunt veritati: Rom. c. 2. Veritatem non loquuntur: Jer. c. 9. Qui veritatem in iniustitia detinent: Baruch. 4. atque opinionum prævitate in mendacium transformat: Commiserunt veritatem Dei in mendacium: Rom. c. 1. Veritatis oblitio terram replevit, ait Isa. c. 39. Falsa est veritas in obliuione. Ita est, clamat Olearius c. 4. Non est veritas in terra. Hanc obsecrare & extenuare tangent homines: Dignatus sunt veritatis à filii hos mi-

„ hanc methodum ludificande conscientie, & in-
„ volvende veritatis, hoc est et ipsum mali de-
„ rexisse fontem, sed exitialis doctrinae rivulos
„ infestatus &c. “

VII. Tandem post multa hoc solempne edic-
tum adversus Probabilium omnium laxitatum
fontem edidit.

DB OPINIONUM PROBABILIA USU.

„ Absit vero ut probemus eorum errorum qui
„ negant, licere sequi vel inter probabiles pro-
„ babilisimam. Sed ad rectum usum probabi-
„ lium has regulas à jure praescriptas cognosci-
„ mus.

„ Primum est ut in dubiis de salutis negotio,
„ ubi aequalia utrinque animo se offerant ratio-
„ nis momenta, sequamus id quod tutius, sive
„ id quod est in ea causa (N. B.) usque iustum;
„ nec id confisi (ut ait Probabilis) sed pre-
„ cepi loco bacanum, dicente Scriptura: Quia
„ amat periculum, in illo peribit. Hoc est prima
„ regula.

„ Altera. Ut circa probabiles de christiana
„ doctrina sententias sequamur id quod Vien-
„ se Concilium ecumenicum circa insulas tam par-
„ vulis, quam adultis in baptismate virtutes de-
„ crevit his verbis: Non habet opinionem tamquam
„ probabilitatem & dilectionem sanctorum, ac Doctorum
„ modernarum Theologie magis consenserit, & concur-
„ dent duximus eligendum. Quod Concilii judi-
„ cium eo magis ad diligendos mores pertinere
„ confortat, quo magis ex ipsis fidelium sanctitas,
„ ac falso penderit, &c.

„ Quid ergo in praxi eam nobis licet sequi
„ sententiam quam nec ut probabilitatem eli-
„ gendam judicemus, hoc novum inauditum, hoc
„ certis, aut nostis autoribus potestrum (N. B.) de-
„ minus feculo proditum, & ab eisdem pro morum
„ regula potissimum repugnat huic effato Vincenti
„ Lituensis, &c.

„ Hoc initium malorum esse, atque omnium an-
„ tedidavimus corruptelarum caput. Hoc in cursus
„ Apologia Cisalpinarum ab antecesisoribus nostris, vi-
„ ri fortibus, & religiosis censoriis notatum. Vide
tom. 2. Ap. lib. 3. dif. 2.

CAPUT V.

Ven. Innocentii XI. Pontificis summi auctoritate Pro-
babilius evincitur improbatus.

I. D UO edidit Decreta summus hic Pontifex,
„ quibus Probabilium exigitur: alterum
1679. ad universalem Ecclesiam directum; alterum
1686. ad Generalem Societatis Iesu datum,
in quo perspicue declarat, se Probabilium de-
testari. Vide tom. 2. Ap. lib. 3. dif. 3. cap. 2.

II. In priori decreto quatuor propositiones
damnatae sunt, quae sunt veluti quatuor Probabi-
lii cardines. Paucis caldem expandam; haec
est: Generatim dum probabilitate fave intrinseca, fave
extrinseca, quantumvis tenui, modo à probabilitatis
finibus non exeat, confit aliiquid agimus, semper

prudenter agimus.

III. Respondent Probabilistæ, damnata
thesum esse ob illas duas particulas generatim, &
semper, quia, inquit, judices, & Confessarii
nequeunt uti opinione minus probabili. Respon-
sio facilius. Quoniam Pontifex sigillatum damna-
vit usum opinione minus probabilis in judiciis,
& administratione Sacramentorum. Cavil-
lantur alii probabilitatem tamen non esse veram
probabilitatem. Effigium vanum. Nam in thesi
proscripta dicitur: Modo à probabilitatis finibus
non exeat. Ergo usus veræ probabilitatis' damna-
tus est.

IV. Altera propositio damnata haec est: Pro-
babilitate existimo, judicem posse judicare iuxta opini-
onem etiam minus probabilem. Ante Probabilis-
mum natiuitatem Theologorum nemo, quod sciam,
hunc thesim docuit. Est legitimus Probabilismus
fotus. Eam ante decretum Pontificis communiqueret
Probabilis defendebat, ut testatur Salmanticensis
trist. 29. c. 5. p. 4. & P. Camargo lepta-
ginta circiter Probabilistæ propagante retinuerat
ante decretum quæcumque judicem posse uti opinione
minus probabili, ac ceteros onnes. Ergo testi-
monio 70. Probabilistatum usus opinione minus
probabilis non minus damnatus absolutus est re-
spectu omnium, quam respectu judicis. Et merito
quidem id afferemus. Nam hoc est unicum Probabi-
listum fundamentum: Qui probabilitatem operatur, prae-
denter operatur. Ergo licet operatur. Ergo hoc princi-
pium aut ubique, nullibi consistit. Reponunt
eum prædenter operari qui opinione prædicta
probabilem, fucus qui opinione speculative pro-
babilem sequitur. Opinio minus probabilis in tri-
bunali speculative tantum, non autem prædicta pro-
babili est. Cur? Quia probabilitas prædicta speci-
tatem lictum, aut illicium: speculatoria iura, &
leges mediatorum. Opinio que decidit culnam fundi-
feuda, & arva debeantur, non est prædicta? Le-
plidissimum commentum. Index ergo adjudicans
Petro fundum secundum opinionem probabiliorum,
judicat secundum opinionem speculative, non
prædicta probabilem?

V. Respondet Terillus, Probabilium reflexi
facile princeps, judicem obstringit sententiam di-
cere iuxta id quod sibi verius apparet, omni huma-
no effectu excluso. At cuius & judices animarum
id prestatre non tenetur? Nequaquam, re-
ponit P. Terillus de Conf. q. 24. n. 26. pag. 476.
his verbis. Resp. Disparitatem esse, quia Confessarii
format dictamen sua conscientie dependent
a dictamine conscientie penitentis. Penitens
enim non peccat, nec excusat à peccato per judi-
cia Confessarii, sed solum per propria judicia. Ergo
Confessarius, qui judicare debet de peccato peni-
tentis, respicere debet ad sententiam quam pan-
tens bona fide fecerat est. Quia est directe minus
probabilis, excusat penitentem à peccato, adiudicat
determinat Confessarium ad dicendum, quod illa,
licet directe minus probabilis, bona fide eam sequen-
tem à peccato liberet. At index statu judicium per
dictum litigantium non regulat: aliquo in utrius-
que favore debet sententiam pronuntiare. Itaque
index suum judicium, quantumque sententiam regulat

pr

per ea que sibi, non que aliis probabilita videtur
ideoque sequi debet que ipse omnibus sensatis judicat
esse probabilitas.

VI. Conqueruntur Probabilistrum plures
cum nos elata voce clamamus haec esse inaudita,
& portentosa paradoxo. Sed humilius illos de-
precor, enīsequo rogo, ut, positis prejudicis,
expedire illi letio velint, num doctrina haec
conjugi non dico cum Evangelio, sed cum sen-
tu communis queat. Confessarius format dictamen
sua conscientie dependenter a dictamine peni-
tentis? Quis audire haec valeret? Confessarius se-
dens in tribunal aut est, aut non est judex? Ju-
dices personam agere quis negaverit? Ergo, qua
judex, pendere non potest a judicio penitentis.
Si à penitentium iudicio penderent Confessarii,
non a legibus Ecclesie, iureque divino, semper
absolvendi, & nonquam ligandi penitentes es-
seret. Nam Catholicorum nemo ad tribunal ac-
cedit qui non habeat dictamen, quo se absolu-
vendum esse judiceret. Nam si indignos se abso-
lutione judicarent, ad illud profecto non accese-
rent.

VII. Alteram disparitatem inter judicem &
Confessarium assignant communites Probabilistæ.
Ideo, inquit, nequit judex sequi opinionem
minus probabilem, quia si haec falsa sit, non evi-
tatur malum quod inde evenit. Cajo causa cadenti.
Contra si opinio minus probabilis, quam sequitur
Theologus, sit falsa, nullum consequitur
malum: violatio enim legis materialis tunc est:
& aliunde Deus non patitur aliquid dannum. Sic
docte de Conf. q. 24. num. 53. Terillus Deus est
incapax omnis danni, & scilicet honorari potest
per offensionem. Omnis autem offensa per bonam fidem
operantis rationabiliter constituta manifeste vitiosa.
Atque homo in causa objectionis non tenetur iudicari
in favorem Dei; iesit judex tenetur pro parte proba-
bilioris sententiam ferre. Terillus sequuntur La-
croix, Viva, Segneri in suis epistolis, & ceteri
Probabilistæ.

VIII. Cogor contra prædictæ brevitatis fi-
nem transferri ipsa principia Probabilistatum
verba: quia lectors nullo modo cederent haec
paradoxa excogitari a Theologis potuisse. Deus
incapax est omni danni. Verum haberet. Ergo non
est adhibenda tanta diligentia in illis vitetur
offensa, quanta adhibenda est ut dama tempora-
lia unius hominis declinetur? Quid, queso,
christianis auxiliis indigent? Hec responsum, quod
communior inter Probabilistas, cō incepit est,
& scandali plenior. Nam hac data, bibenda, si-
cute aqua, iniurias foret, quod nullum inde
Deus dannum patitur. Quod quam sit horrendum,
nemo non videt. Refellitur responsum if-
tud duplice ex capite. 1. Violatio legis quantu-
vis materialis, & grave malum in se est. Quod
tibi ad culpam non imputetur, ut contendunt
Probabilistæ, per accidentem est, ob ignorantiam
invincibilis, si tamen adsciri ceterum reapse trans-
gressio realis est divisa legis. Hæc autem longe
gravius dannum est, quam malum illatum Cajo
privatio. Ergo si peccat judex, gravius
peccat Theologus utsi minori probabilitate. 2.
Tunc.

Evidenter falluntur Probabilistæ inquietus, trans-
gressione hanc materiale esse in Theologo, se-
cundus in judice. Cedo. Cur formalis est legis trans-
gressio in judice? Quia judex non adhibet omni-
em diligentiam, & industria, ut viter legis
transgressione. Bene & recte. At non est forsitan
necessaria absolute, & prædicta quacunque cir-
cumstantia, omnis diligentia, & industria mora-
liter possibili, ut viter offendit Dei? Si minori
probabilitate uteris, præstatam diligentiam non
adhibes: quia non modo negligis, sed positivè re-
putas omnem probabilitatem tibi obviam. Ergo
peccas, quemadmodum apostolica Sede defi-
nitamente, judex peccat. Ergo usus opinionis minus
probabilis equus criminolium efficit. Theologum
quemque qui negligit vitare pericula divinae
offensis, & judicem qui negligit declinare perci-
culum latendi ius Caji. Quid hicis? Major re-
quiritur in judice rerum temporalium diligentia
invenienda veritatis, quam in judice salutis atter-
re. Hæc ne est prudentia Probabilismi, pluris fa-
cere detinendum temporale, quam aeterna sa-
luti iacturam! Nonne moustrata prudentia est
que in rebus minimis, quales terrena sunt, di-
ligentiam summam, & in rebus summis, quales sunt
aeterna, follicitudinem minorem exigit? Se-
verus nimirum Deus esset, si in controversiis super
sua leges dicimur usum imperaret majoris pro-
babilitatis suis judicibus; severi vero non sunt,
neec Rigoristæ, sed benigni. Principes qui suis
judicibus iubent ut in controversiis desillidio,
de rigore, de prædio amplectantur magis proba-
bilium doctrinam? Universi Scriptura taneta pre-
cipit ut divinitam legem scrutentur, & diligamus
super aurum, & topazion. Probabilistæ contra vo-
lunt ut legem civilem, quæ declarat iura con-
tractuum, prædiorum, venditionum, plurimum
legem. Dei diligamus, & ut majorem probabili-
tatem in his causis amplectamur. Hæc est benigna
Theologia probabilistica. Quanvis verosimili-
tus tibi sit actionem tuam legem Dei violare,
Deum ipsum offendere; dummodo probabile sit
non violatur fore legem, prædenter, &
sancte agis, exercendo actionem quam probabi-
lius judicas legem violare, & Deum contempnare.
Contra injunctus, iudicatus judex civilis esset, si
hanc regulam adhiberet.

IX. Ultima tandem disparitas excogitata à
Probabilistæ hæc est. Postea intercedit judices in-
ter & Rempublicam, ut judica ferantur secun-
dum probabilem sententiam. Hoc autem paf-
fum non altinguntur Theologi, & Confessarii. At un-
de evincunt hoc pafum Probabilistæ. Respondet
corum princeps q. 24. de Conf. n. 13. Terillus
Hec omnis voluntas presumpta, ex ipsa natura con-
stitutione, equivalens pafio, & habet vim pafii. Hoc
pafum obrutus ceteri Probabilistæ, preferunt
P. Paulus Segneri: obtundunt, inquit, hoc paf-
cum tamquam ultimam anchoram, eam alligant
naupaginam Probabilistæ.

X. Anchora hec straminea est, & chimærica.
Pafum istud solis iudicibus civilibus limitatum,
fæcilius est. Ajo vero, pafum istud ab auctore
nature omnibus hominibus insitum esse. Pafum
istud

istud fructus est divini luminis signati super vulnera animalium omnium. Respublica civilis suos eligit judices. Respublica ecclesiastica suos eligit judices, Episcopos, Parochos, Confessarios, Theologos. Unde, quæto, Probabilitez habent, Rempublicam civilem, fœc sacram, inre pœnum ut iudicetur secundum probabilitatem sententiam? Unde tanti arcana scientia illi affulget? Quodnam fundamentum urget in laice, seclusus in sacra Respublica hoc pactum institutum? Respublica quatenus sacra & ecclesiastica, minoris ne facit veritatem, & iustitiam, quam Respublica laica, & ethica? Primitus Ecclesie sacerdos Episcopi, & Parochi judices eligeantur civilius caelarum inter Christianos. Idem hodiecum sepe evenit. Num judices illi extra confessionem iudicant secundum opiniones probabilitores; in laico vero tribunali secundum sententias minus probabiles? Nunquid litigantem quem in tribunali laico restituitione obnoxio, aut scnois reum iudicantur secundum probabilitatem opinionem, in sacro paenitentio foro a restituitione, à scnoe, à simonia liberabant? Si civiles Principatus, & Respublica electis iudicibus onus imponunt amplectendi in controversiis rerum temporalium maiorem probabilitatem? Ecclesia civilis suos judices rerum exteriorum ab isto ne absolvit onere? Si respublica civilis eligit judices doctiores, & peritores; nunquid Ecclesia eligit minus doctores, minus peritos, minus probos? Scriptura sancta, Exod. cap. 18. clamat: *Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas: non aut probabilitas.* Item Eccles. cap. 7. *Via vobis in aeternum, & ultra, quia non est vobis veritas!*

CAPUT VI.

Allia rationum momentis Probabilitus præfigatur.

I. Prima & universalis morum regula extirpata est lex aeterna Dei. Secunda regula proxima, & formalis intrinseca est ratio, sicut dictamen practicæ nostræ conscientie, ut supra ostensum est. De hac prima propositione disputatio nulla. Ut actio honesta sit, utriusque legi confona sit opteret, ut perspicue 1. 2. q. 2. art. 1. docet S. Thomas. In his vero que aguntur per voluntatem, regula proxima est ratio humana, mortale infert, nulla suffragante bona, mentis intentione; opinio vero de honestate actionis, etiam falsa sit, à mortali excusat, beneficio ignorantes invincibilis. Infra ostendam, hanc ignorantiam probabiliter invincibilem esse portentum summoperè monstrorum. Misericordia chimera dísparitate, qua inter recentis exempla, & opinionem minus probabilem assignari à Causis foler, sic urgeo Probabilitas.

II. Lex aeterna Dei est lex veritatis; Lex tua veritas; omnia mandata tua veritas: sola veritas est unica regula conscientie honestæ; sola, inquam, veritas aut evidenter & cerio, aut probabilitate & obscurè cognita. Dum fallitas sub ratione veri nobis apparet, regula falsa est, & operatio non honesta, sed vitiola est. Si fallitas in-

vincibilis sit, actio vitiola non imputatur ad culpam; sed numquam evadit bona, & meritoria, ut supra ostensum est.

III. Tertium principium ineluctabile est in ipsius Scripturis facilius expressum, mandatum sciencie gravissimum inquirendæ, & investigandæ veritatis. Nihil frequenter in Scriptura hoc gravissimo precepto, quo omnes obstringuntur ad discere, & meditari legem. Dicitur Deut. 6. *Eruntque verba hæc que ego præcipio tibi hodiæ, in corde tuo; narrabis ea filii tui, & meditabor in eis fedens in domo, & ambulans in itinere.* Dedit contumenter orat, & spondet se legem investigaturum. Legem pone mibi, Domine, viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Da mibi intellectum, & scrutator legem tuam. Matth. 28. *Decen-ter eos servare quecumque mandavi vobis.* S. Paulus Ephes. 4. *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas Dei.* Ne multa, millies hoc gravissimum preceptum addicendi, & meditandi, scrutandi, non obliviscendi legem veritatis nobis repetitur. Quibus positis tamquam certis, sic urgeo Probabilitas.

IV. Si veritatem legis evidenter tenes, nonne implire illam abstringeris? Ajunt. Ergo idem dicas oportet, dum probabilitus illam existere iudicas. Clara legis notitia implenda legis debitum imponit, omnibus fatentibus. Ergo pro gradu notitiae gradus erit obligatio. Ergo dum probabilitus lex obligat, servanda legis onus uestit.

V. Qui operatur secundum minorem probabilitatem, repulsa majori, evidenter violat gravissimum preceptum investiganda, addicenda, & meditanda legis. Qui enim operatur secundum opinionem minus probabilem, cognoscit, existimatque operationem suam magis esse contraria, quam conformem legi: cognoscit se magis recedere, quam accedere ad legem. Ergo ex animi sinceritate legem non inquisit. Sinceræ ne, & animo deliberato thesaurum inquieret, si viam relinquens qua probabilitus te adduceret ad inventionem ejusdem, & oppositam feligeret quæ minus te adduceret, & magis abduceret ab inventione?

VI. Si infirmus eligere medicinam quam probabilitus fecit esse veneficam, quam salubrem, immunitis ne a peccato efficiat? Respondent, haec exempla inepta esse: quoniam si medicina venefica sit, mortale infert, nulla suffragante bona, mentis intentione; opinio vero de honestate actionis, etiam falsa sit, à mortali excusat, beneficio ignorantes invincibilis. Infra ostendam, hanc ignorantiam probabiliter invincibilem esse portentum summoperè monstrorum. Misericordia chimera dísparitate, qua inter recentis exempla, & opinionem minus probabilem assignari à Causis foler, sic urgeo Probabilitas.

VII. Edifferant nobis Probabilitas. Audent ne ipsi admittare hunc ægrotum sincero, & efficiaci animo suam cupere, & amare sanitatem? Stultos se perhibent, si id admittant. Sed euc ægrotus iste sincero animo sanitatem non amat, neque cupit? Quoniam repudiat medicinam, quam probabilitus judicat comparanda sanitati magis

Diff. II. de Probabilitate, Cap. VI. & VII.

idoneam. Ergo eadem ratione Probabilitate sinecero animo non querunt observantiam legis Dei, si repudiata majore, minorem feligunt probabilitatem. Quidquid ergo sit de discrimine inter medicinam & opinionem, modo urgemos Probabilitas ut respondam, num sincero & efficaci animo implere preceptum gravissimum inveniendas, & adscindere veritatis ille studet qui in rebus obscursis rejetit quod veritilimus est, & amplectitur quod est minus verisimile. Ex alio late-re eodem urgeo.

VIII. Qui suam operationem conformat ad regulam quam iudicat magis distortam, & prime regulæ oppositam, peccat. Ita se gerunt Probabilitate. Iti judicio suo directe iudicant opinionem minus probabilem magis oppositam, quam conformem prima regulæ. Ergo illam magis distortam, quam rectam iudicant. Quod de iudicio reflexo subdunt, puerilis cavillatio est. Nam iudicium directum est objectum iudicij reflexi. Si illud, etiam istud distortum est. Rursus, qui legem eternam contemnit, peccat. Probabilitate ulu opinione minus probabilem eternam legem contemnunt. Ergo &c. Evino. Qui pro viribus eternam legem non investigat, eam neglit, reque ipsa contemnit. Probabilitate sequentes minorem probabilitatem, pro viribus eternam legem non inquinant, cum repudient maiorem probabilitatem, seu majorem propinquitatem ad legem. Ergo eandem negligunt, & contemnunt. Quo iurius adscindere Probabilitate queunt, se fatidiligentia in inquidera lege veritatis adhibere, si quod propinquus iudicant veritati legis, relictum, & data opera feliciter quod minus veritatis accedere parant, immo quod magis a veritate recedere nolunt? Tandem, objectum intellectus est verum. At intellectus nequit apprehendere objectum ut verum, quando rationes probabiles evincunt esse potius falsum.

CAPUT VII.

Expenduntur Paradoxa Probabilitarum.

§. I.

Paradoxon Primum: Melior est conditio possidentis.

I. *In dubio de honestate actionis, melior est conditio possidentis.* Lex tollit jus libertatis, inquit Probabilitas. Cum de legis obligatione Theologi disputant, lex dubia evadit: ergo auferre jus libertatis nequit. Quandoquidem in dubio melior est conditio possidentis.

II. Ostensum supra est, hanc regulam valere in materia dumtaxat iustitia pro foro exteriori: nunc in quacunque materia eam admitemo, ut evincam hanc ipsam regulam penitus labefactare Probabilitatem. Ad tribunal itaque probabilisticum se sustinet voluntas aeterna Dei, & voluntas humana. Utraque iura sua exponit, quæ equalia apparent, aut controvergia. Tribunal probabilisticum causam defensat in hominis favorem

Tom. I.

contra Deum, quia in pari causa melior est conditio possidentis. Ne terrete, inquit princeps Probabilitarum P. Terillus inaudiens hominem Deo item intentare, quia & Deus homini literam mouet. Audi quæ tract. de Confo. q. 23. n. 48. pag. 426. scribit Terillus. Respondeo, eandem regulam aquæ favere Deo contra nos, ac nobis contra Deum. Favet nobis, quando sumus in possessione libertatis; facit Deo, quando sumus in possessione libertatis. Unde si lex certa existat, & dubium sit an solerem dubium, eque traxit in illo dubio ad solvendum, ac si certa non solvitur debet. Cum ergo regula hoc faciet Deo, quando possesso stat pro ingle; ita favet nobis, quando possesso stat pro libertate, & dubium est de lege.

III. Adeo ergo titulus, qui æquè homini facit contra Deum, ac Deo contra hominem? Quidni reponit Terillus. Eadem regula æquæ favet Deo contra nos, ac nobis contra Deum. De libertate non physica, sed moraliter loquuntur Probabilitate. Quando disputatur, sit ne iuratos contradicunt, disputatur, nunc ego liber sum ad contractum celebrandum. Dum itaque disputatur, licet us ne, an illicitus contractus sit, disputatur, nunc ego liber sum, an secus ad contractum perficiendum. Ergo dum Probabilitate allegant in rebus controversiis dictam regulam, *Melior est*, &c. perdidicunt committunt principii pertinencem. Ut in tribunal: hanc allegare regulam valeas, opus est possessionem fundi certam esse, alioquin frustra opponeretur. Quis porrò Chilianorum certam libertatis possessionem ostentare contra Deum potest, qua celebret contractum illum de quo in utramque partem Theologi disputant? Nemo facit. Dum enim disputatur sit ne fenebris contractus, disputatur, sit ne liber hom o ad cundem incundem. Ergo controversia est libertatis possessio, non certa respectu talis contractus.

IV. Liberum dominium hominis in suas actiones nonne subjectum est supremo Dei dominio? Ait. Ergo quoties dubitatur, concederit ne Deus tale dominium in hunc, aut illum contractum, aut opus, circa regulam. *Melior est* &c. Deo, non homini favet. Quoniam possessio Dei certissima est, homini vero dubia. Ergo si regula valet, Deo certo, supremo, absolute possidente, non homini Deo subiecto & possidente dubio favet. Igitur jus possessiois, quod in rebus controversiis libertati humanae adscribuntur Probabilitate, falsum, atque omnino chimericum est: latet supremum dominium divinum, tremende majestati injuriam irrogat, subjectionem hominum ad Deum perturbat, hominem Deo equat.

§. II.

Paradoxon secundum: Lex dubia non est lex.

V. De medio tollunt Probabilitate omnes leges naturales, divinas, & humanas, de quibus in utramque partem Theologi disputant. Etiam hoc paradoxum incredibile appetit, ideo rescribenda sunt certe verba. P. Terillus *de ree. mar. 1. pag. 2. n. 4. p. 19.* hanc scribit: *Nulla lex obli-*

D 3

„ pag.

„ gat nisi sufficienter promulgatur. At quoties „ adfuit rationes probabiliter fundantes partem „ minus tutam esse licitam, lex præcipiens par- „ tem tuiorem, non est sufficienter promulgata. „ Ergo illa lex neminem obligat, quādū certò „ probable est partem minus tutam non esse pro- „ hibitam. "Terilium sequuntur Lacroix, Viva, „ Paulus Segneri, & communiter Probabilisti omnes.

VI. Nulla lex sine promulgatione. Nullum peccatum, ne materiale quidem, sine legi. Hæc duo certa sunt apud omnes. Dum amplecteris opinionem sive minus, sive magis probabilem, peccata falso materialiter, potius quod opinio falsa sit. Qug culpa tibi non imputatur ob ignorantiam invincibilem, ut omnes Probabilisti docent. At si lex ob probabilitatem majorem & minorem in utramque partem non esset lex, quia non esset promulgata, nullum esset nec materiale peccatum: quia, ut dixi, nullum sine lege peccatum.

VII. Super eadem lege dantur duas opiniones contrarie probabiles, quarum altera firmat, negat altera actionem esse licitam, ut omnes refutant Probabilistam. Atqui si verum est lex legem controversam non esse sufficienter promulgatam, atque adeo non esse legem, falsa est prima propositio. Immò admissio hoc principi, quod lex probabiliter controversa in utramque partem non esset lex, nulla daretur opinio probabilis. Nam opinio sive affirmans, sive negans actionem esse licitam, nulla extante lege, non probabilis, sed falsa & chimerica est, ut potè de subiecto non supponente, ut dicitur. Ergo &c.

VIII. Mandat Deut. 17. Deus: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspiceris surge veniesque ad Sacerdotem leuitici generis & facies quod dicieris. Si lex controversa inter Doctores, non esset lex, & inane, & de re impossibili efficeret divinum mandatum. Et tamen hoc est principium quod altius exagerant Probabilisti. Perchè legge dubbia non solum legge: quoniam lex dubia nonquid lex sit: inquit epif., p. Paulus Segneri. Contra clamant omnes graves Theologi cum S. Thoma, qui 1.2. q.106. art. 6. ad 2. definit: Si enim dubium sit, debet vel secundum verba legis agere, vel superiorum consilere.

IX. Datur opinio minus probabilis adversus legem civilem, aut canonicam, quæ vetat contrarium scenobrem, in conspectu probabilioris. In hac positione lex est controversa: Ergo dubia. Ergo nulla. Litigantes defurunt item ad tribunal. Quid judex? Si sententiam dicit in favorem partis defendantis opinionem probabilorem, peccat, quia scenobrem contrarium judicat vi legis que non extat in rerum natura juxta Probabilistam. Si judicat secundum minus probabilem, peccat, quia ex præcepto Ecclesiæ debet judicare secundum probabilitem opinionem.

X. Aut Probabilistajunt leges naturales, divinas, & humanas esse veras leges, & habere vim completam legum ante subditorum disputationes, & controversias; aut negant. Si secundum suspicimur eis, & se omnibus Theologis, &

Jurisconsultis deridendos propinrant. Si primum eorum Probabilistus in fumum occidit.

XI. Vix in Decalogo est mandatum à disputationibus immune. Admissio principio probabilisticum, quod lex controversa non sit lex, universum ferat Decalogum corruit. Nec est quod opponas, controversias probabilisticas, non legum existentiam, sed legum extensionem spectare. Si quidem non minus turpiter aberrant, negandò legum extensionem, ut ex scriptura sancta Deut.

17. constat, ubi iubet ut consuluntur judices, sic necne opus a lege vetitum. Sed ut doctrine

probabilisticæ horretum plenius tenet, audi Terilius de Conf. q. 23. n. 19. pag. 413. sic fantem:

"Legislator humanus, si prudens, bene novit, sensum suarum legum esse in multis dubium, multoq[ue] se doctiores prudenter existimare, talen expressionem ad talia objecta non extendi. Unde manifesta præsumptio est, eum nolle sub lege sua talia sub obligatione comprehendere. Si enim voluisset ea comprehendi, id exprestisset: ergo confendi sunt pro non inclusi in lege. Maxime verò id valer, quia favores sunt ampliandi, & odia restringendi. Idem valeat de lege actima, quia Deus leges humanas corroborat.... immò idem de Legi Divina, quam Deus ipse signis talibus promulgat, quorum sensum homines perficie non intelligent. Hinc enim evidens præsumptio oritur, Deum nolle nos ad ea obligare de quibus habemus motiva prudenter ad existimandum, ca ab ipso non suffit per legem intentionem. Deus enim, qui omnia comprehendit, si aliter voluisset, id ipsum expressisset, cum hoc intelligunt. Hinc enim evidens præsumptio oritur, Deum nolle nos ad ea obligare de quibus habemus motiva prudenter ad existimandum, ca ab ipso non suffit per legem intentionem. Deus enim, qui omnia comprehendit, si aliter voluisset, id ipsum expressisset, cum hoc

"ipsum quidè facile ipsi suffit ac opussum. At Deus hoc non expedit. Ergo & sub obligatione cadere nolit. Hoc est totum, quod intendimus, illudque manifestissime sequitur ex defectu præsumptionis sufficientis. " Deinde addit. lib. his ergo tribuant sibi legislatores, si sua imperia aliquando violari videant, cum sufficienter non explicari voluntatem suam.

XII. Sufficienter legumlatores explicarunt voluntates suas, legelque perspicuerunt; sed cavillationes sepe illas obfuscant, & perturbant, immò de medio tollunt. Si leges probabiliter controversa in utramque partem, leges non sunt, exultent ab ore catholicæ tribunalia omnia. Admissa hac probabilistica doctrina, Christiani Maximam legum naturalium, divinarum, & civilium partem abolere continuò valent. Accipiant libros Diane, Zanardi, Candidi, Tamburini, Escobar, Gobat, Lacroix, Viva. Colligant elenchum numerosissimum opinionum quæ de jure naturali, divino, & humano in utramque partem probabiliter disputantur. Heine hanc eruant conclusionem: Jura controversa jura non sunt: lex dubia lex non est. Ergo liberi sumus ab omnibus legibus de quibus probabiliter disputant in utramque partem Theologi. Hæc sunt paradoxæ quibus sustentatur Probabilismus. Vide plus in tom. 2. Appar. lib. 3. diff. 8. cap. 3.

CAPUT VIII.

Absurda gravissima que necessario consequuntur Probabilismum.

I. B Revissimè perstrinx rationes quæ evincent manifestam falsitatem Probabilismi. Illorum cavillationes, & inaudita, quæ excoxitarunt, paradoxa, ut tenebras splendidissime veritati opponerent, indicavi. Nunc aliqua absurditia quæ novum opinandi modum consequuntur, patesciam. Nonnulla præmituntur.

§. I.

De ignorantia, ejusque divisione.

II. De fide est dari peccata ignorantiae, ut Levit. 5. habetur: Animæ si peccaverit per ignorantiam.... offert artem immaculatam. Rursum Joan. cap. 16. Venit hora ut omnis qui interficiat voi, abiuratur obsequium se perficeat Deo. S. Paulus: Blaspemus fui, & persecutor, & consumiatus; sed misericordiam Dei conseruatus sum, quia ignorans fui; 1. ad Tim. 1. Mitto innumera alia Scriptura sancta testimonia. Hæresarcha Pelagius omnium primus errorum oppositum sustinuit, quem damnavit Synodus Palæstina.

III. Ignorantia est scientia privatio. Error est approbat falsitatis. Ignorantia alia juris, quæ ignorat legem, vel præceptum: alia facti, quæ admittit legis cognitionem, sed factum ignorat. Alia est invincibilis, seu voluntaria, consequens, & culpabilis. Hæc diligenta, & studio vincit, & ob negligientiam non vincitur. Alia invincibilis, quæ nullo studio superari potest. Hæc care omni culpa. Invincibilis alia est affectata, quæ scientiam repellit. Nolitus intelligere, ut bene agere. Alia crassi, & lupina, quæ nulam omnino diligentiam adhibet, ut sciari ea quæ potest, & debet sciire.

IV. Error Janenii oppositus errori Pelagi est: Janenius ipsam ignorantiam invincibilem, antecedentem, peccatum esse contendit, quem errorum proficiunt Ecclesia.

§. II.

Daturum ignorantia invincibilis cuiuscumque juris naturalis?

V. Difficillimam questionem fuso calamo tractavi tom. 2. Appar. lib. 2. dif. 2. cap. 3. Præstita compendii brevitas non finit ut rursus eamdem ad incundem revocem: aliquas tantum animadversiones subjiciam.

VI. Animadversio 1. Plura sunt Scriptura oracula quæ ignorantia peccata hominibus impropriet. Ei via quæ videtur homini recta: non solum autem ejus deducunt ad mortem: Prov. 16. S. Jacobus, cap. 1. inquit: Si quis autem vestrum indiget sapientiam, polletur ad Deum, qui dat omnibus affuentem, & non impropriet; & dabit ei. Postulat autem in fide nihil bestians. Qui autem bestias,

sunt est studi mari, qui a vento moveruntur; & circumfertur.

VII. Animadversio 11. Antiqui Patres, nulla facta distinctione juris naturalis in principia universalia, propinquæ, & remotas conclusiones, negant juris naturalis invincibilem ignorantiam.

VIII. Animadversio 111. Præcepit inquirende veritatis luculentissimum est. Oracula Scripturarum quæ gratiam inveniente veritatis prouident sedulis investigationibus, comperta sunt, & frequenter. Relicti sumus in hac tenebrarum valle, ut continua precibus lumen veritatis imploremus. Gratiam Deus non denegat, nisi culpa in nobis præcedat.

IX. Animadversio IV. Ignorantia vincibilis frequentissima est, invincibilis rara. Dari ne possit in aliquo raro casu ignorantia invincibilis aliquam remota conclusionis juris naturalis, non auctio definire. Quæ raro occurrit, anxios nos tenere non debent. Adversus ea quæ frequenter eveniunt, ut sunt peccata ignorantiae vincibilis, vigilandum incessanter est.

X. Animadversio V. Meditentur Theologi, & Confessarii quæ vigilantia, quo studio concutur assidue intelligentiam divinæ legis. Recognent an cum Da vid P. al. 1. dicere queant: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.... Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege ejus mediabitur die a nobis. Primum omnium ergo in lege divina cognoscenda, & ejusdem spiritu comprehendendo, & degustando sece occupent Sacerdotes Domini, ut discernere queant, quænam doctrina huic divinae legi conformis sit.

XI. Animadversio VI. Misericordia controvenerit utrum in aliquo perraro casu dari possit ignorantia invincibilis juris naturalis, summo perpendendum est, & exequendum quod lib. 22. de Civit. Dei, cap. 23. scribit S. Augustinus. Vigilis continet excubium; ne opina verisimili fallat, ne decipiatur sermo vestitus, ne se tenebre aliquam erroris offendat, ne quod bonum est, malum, aut quod malum est, bonum, esse credatur. Pavemus & tremamus cum Paulo: Nihil mibi conficiunt sum; sed non in hoc justificari sum.

XII. Animadversio VII. Turpiter errat, & fallum imponit lectoribus P. Lacroix, qui lib. de Leg. n. 726. narrat an. 1685. damnatum fuisse sententiam omnium antiquorum, & recentiorum plurium, & quidem gravissimorum Theologorum negant ignorantiam invincibilem cuiuscumque juris naturalis. Veritus quidem illo anno est liber in quo errores concubantur; at non omnia quæ in eo docentur, sicut nec omnia quæ in Lutheri, & Calvinii libris continentur, proscripta sunt.

§. III.

Paradoxon primum ignorantia probabilisticæ, nullum tempore dari peccatum absque actuali advertentia.

XIII. Communius Probabilisti docent, nunquam peccari absque actuali confideratione clara, vel obscura malitia actionis. Hæc opinio, ut imbecillitatem meæ viderit, eadem est ac error Pe-

lagianorum negantium ignorantia peccata, ut testantur Hieronymus, & Augustinus, ceterique Patres. Nullum, inquietabant Pelagiani, sine libertate crimen: nulla sine cognitione libertas: ergo nullum sine cognitione peccatum. Probabilitas negant peccari sine aliqua cognitione actuali malitia actionis posse: ergo eadem est & Pelagianorum, & Probabilium doctrina, quatenus ex vi rationis appareat. Quod sic evinco.

XIV. Catholica veritas est peccare homines peccata ignorantia. Admisi actuali advertentia evanescunt ignorantiae temere. Probabilisti docent, necessariam esse actualem cognitionem, seu advertentiam in ignorantia vincibili sit, & criminosa. Ergo eadem est iuris que pars doctrina. Cedo. Quid ignorantiae adversatur? Cognitionis. Ergo fieri nequit ut ignoranter peccet qui fecit, & considerat & quidem actualiter se peccare.

XV. Sublata actuali consideratione nullum est peccatum? Dum ergo homines inconsiderat perjuria, blasphemias, concivia, & maledictis in Deum, & homines evomunt, nullo modo peccant, quia actualiter non advertent se peccare. Qui ita, & furore perciti sanguinem effundunt humanum, qui concupiscentiae lenocini obsecrati aliorum thalamos violent, qui virginum castitatem deturant, nullus flagiti fontes sunt, quia passione abcepit minime replete advertunt se Deum offendere. Quid de herez, & infidelitatis criminalibus dicam? Tantum abest ut infideles plurimi existimaverint se veram Religionem contemnere, ut potius judicarent se Deum sacrificare. Colere. Nunquid Circumcelliones se peccare credebat, dum se precipites e rupibus agebant? Nunquid se peccare Nestorius considerabat, dum Patriarcha Constantinopolitano se abdicare potius quam suum ejusmodum errorum voluit?

XVI. Respondeat nominis Probabilium P. Lactrio lib. 5. n. 16. & n. 21. his verbis: *Quamvis ignorantia vel inquietitia sit culpabilis, opus ex ea sequens non habet malitiam speciem, nisi praecesse illius negligenti, vel neglegti in cognoscenda, vel advertenda illa malitia.* En blandientis benignitatis suavisimum jugum. Infideles, Ariani, Iconoclasti, Vviclephistæ, Hulstæ, Lucherani, Calviniani, Sociniani furum opinionum pervergente obegunt peccarunt quidem peccatum negligientia in addicenda catholica doctrina; ceterum dum forte abcepit. Filium Dei creaturam effudiebant, imagines sacras laerabant, Chilli corpus concubabant, connochia Monachorum solo aquabant, virgines Deodicas polluebant, hæc & alia sceleris non basent speciem malitiam, nisi praecesse illius negligenti, vel neglegti in addicenda, vel advertenda malitia. Nullus dubito quin lectores perhorrescant hæc inaudientes.

XVII. Sophisma Pelagianorum, quod hodie obrudunt, à libertate arcessitum, futile est, & inane. Nihil quippe frequentius à Patribus, & Theologis, quam duplex voluntarium, & liberum: aliud directum, aliud indirectum. Liberum directum requirit cognitionem, & advert-

tentiam actualem & formalem. Liberum indirectum postulat cognitionem, & advertentiam implicitam, virtutalem, indirectam, seu in causa. Hæc obvia fuit vel ipsis tyronibus.

§. IV.

Alterum paradoxon ignorantiae probabilisticae peccatum philosophicum.

XVIII. Peccatum philosophicum ab Ecclesia damnatum ejusmodi est: „Peccatum philosophicum, seu morale est actus humanus diconiunctus, veniens naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum vero, & mortale est transgrexio libera divinae legis. Philosophicum, quantumvis grave, in illo qui vel Deum ignorat, vel de Deo actu non cogitat, et grave peccatum, sed non est officia Dei, neque peccatum mortale dissolvitur amicitiam Dei, neq; ue attinga pena dignum.

XIX. Quia ratione hic damnatus error separatio poësit à descripta ignorantia, sane non percipi, nec ullus præjudicium non prævenit percipere. Hac enim admisita hypothesi, quod sublata actuali advertentia, nunquam peccetur, neque offendatur Deus, necessario conjectur peccatum philosophicum. In hac quippe hypothesi torcantes, adulterantes, mentientes, pejantes, qui actuadvertent se peccare, peccata patrabant philosophica, non theologica. Idque confirmare luet autoritate inclita Soc. Jesu Theologi P. Ignatii de Camargo, lib. 2. cap. 4. n. 6. n. 33. inquisit: *Hic est ignorantissimus, id est delictum de ignorantia peccatis apud recentes Probabilistas, Probabilium nescias, an parent, an alienus, an filius, an comet, an germanus frater. Ignorantissimus, Probabilissimus, & Philosophicus ita mutuo connexi sunt, ut vix definire valens quis sit parent, & qui filii. Vide tom. 2. Ap. lib. 2. diff. 2. c. 4.*

§. V.

Paradoxon tertium ignorantiae probabilisticae summopeir mirificum, & universæ antiquitati inservit.

XX. Hoc paradoxon careris præstat. Docent Probabilisti, ignorantiam esse invincibilem, quoties opinio minus probabilis in conspectu probabilioris est falsa: quo nihil in universa Theologia, & Philosophia monstruosus excogitari, & proferri posse videtur.

XXI. Ignorantia invincibilis ea est, ut vel ipsa vox præfatur, que vincit, & superari nequit. Sola dubitatione rei que ignorantia, vincibilis, & criminosa ignorantiam efficit. Cum dubitas, utrum actio talis prava sit, omnibus fatentibus, peccatis, quia periculo peccandi te exponis. Et cum judicas probabilius esse actionem in malitia fordefere, & hanc probabiliorum opinionem repudias, & oppositas minus probabilem feligis, si haec falsa sit, ignorantia tua invincibilis erit? Splendidius lumen refugis, eidem claudis oculos, ut opinionem nijus probabilem, qua tua fa-

yes

vet libertati, & adversatur legi, feligis, & in hoc cau erro tuus erit insuperabilis? Quis, amabo te, sensu communi prædictus tantum defendere paradoxon valet? Hoc est autem paradoxon quod omnes propugnant Probabilista. Sed communi sensu hoc repugnat. Invincibile enim dicitur quod vincit, & superari nequit. Quia autem fronte alterum Probabilista superari, & vincit hunc errorem non posse, illo ipso tempore quo oculos avertunt à majori lumine refugent, quo nolunt intelligere, ut bene agant, & veritatem proximum accedant?

C A P U T I X.

Auctoritate Theologorum Probabilismus improbatur.

I. P robabilista prolixum Casuistum censum pro se allegans; sed paucissimum exceptis, nullius sunt autoritatis. Nihil verbis meis fidem adhibeas, sed audi Probabilistarum facile principem P. Antonium Teriliu, qui in Prolog. ad tract. de Contra, hac scribit: „Innumerabiles sunt, qui à 30. annis summis calvum, terum morum, hunc tractibus bibliothecas impleverunt, Quid autem facerent ut ad famam, quia auctoribus cupabant, pervenirent? ... Ad nova promissa animofores effecti in opinionis laxiores, oculos, animunque conceperunt, gnari eas premissis rudiiori legendum vulgo mirum placuerunt. Verum Ne propter apartam ab unanimitate antiquorum opinionis deflectionem, tomriteris arguerentur, ceperunt rationes aliquas excogitare, quibus si summi momenti ad Dei legem, & conscientiam obligacionem pertinenteribus ad unanimitatem sententia ad intolerabilius opinandam laxitatem declinassent, alius tamen, quo moveretur, quam argumentum à simili dictum, non habeant. Vidi, & exborror. Quis enim non horret Dei præceptum ab omnibus prius agnitum, solidisque argumentis corroboratum, tam frivolo argumento à legi divinae, & ecclesiastice tabulis non minus impudenter, quam imprudenter erat? Neque hic stetit quoniam adiutoria. Plurimi enim etiæ doctrina longè inferiores similem quoque agendi modum fibi licetum existimantes ex laxis resolutionibus ad alias laxiores iter fibi, rediū dixerint, & fibi & alii præcipitum aperuerint. ... Unde factum est ut qualcumque opiniones, expresse ab Ecclesia non condemnatas, apud quemcumque repertis, eas pro vere probabilibus & ipsi haberent, & alii pro regula ad conscientiam tranquilitatem opportuna traderent: immo incredibile non est eos subtili satana insinuatione decepti sub humanitate cuiusdam lenocinio, mutuque horris specie, quibusvis aliorum dictis probabilitatem id est attribuisse, ut quam ipsis prærogativam prioribus.

Theologi Dominicanii Antiprobabilistæ

post natum probabilismum.

III. Ven. Seraphinus à Porreca, Julius Mercurius, Petrus Paſſerinus, Petrus Labat, Vincens Contenonius, Joan. Baptista Gonetus, Vincentius Baroniūs, Ludovicus Bancellus, Seraphinus Picinardus, Jacobus à S. Domingo, Majolus, Natalis ab Alexandro, Franciscus Sanchez, Franciscus Texeda, Martinus Vigandus, Joan. Martínez de Prado, Thomas Lucionius, Marius Diana, Joannes Conradus, Ludovicus Minutulus, Petrus Martyr Petrucci, Dominicus de Marinis, Cardinals Capifuchi, Cardinals Gorti, Antonius Iribaren, Oliverius Richeceur, Marcellus Mirona, Josephus Bono, Hyacinthus Amat de Graveton, Antonius Bordonius, Ildephonius à S. Thoma, Norbertus del Beque, Franciscus Vanraet, Vincentius Ferrerius, Hyacinthus Serrai, Vincentius Bosius, Thomas Milante, Joseph Aquilinus Orsi Sac. Palat. Magister, Joan. Baptista Molinari. Ne multa, omnes universi O.P. Theologi Probabilismo bellum implacabile indicunt,

Theo-

Theologi Benedictini Antiprobabilistæ.

IV. Cardinalis de Aguirre, Cardinalis Sforzatæ, Gabriel Gerberon, Joannes Mabillon, Abbas Gardius, Facundus Torres, Anselmus Gomez, Baptista Larditus, Petit-Didier. Verbo dicam, universi Benedictini Ordinis. Theologi præclarí Probabilismu non secus ac Molinismu adversantur.

Theologi Franciscani Antiprobabilistæ.

V. Antonius Cordubensis, Joannes Trovamala, Cardinalis Laurea, Philippus Faber, Antonius Matœci, Bartholomæus Durant, Francisco Henno, Cyrilus Rubeus, Bernardinus Ciaffoni, Bonaventura Recanati, Paulus à Lugduno, Cajetanus à Bergamo, Palbuncius Donadoni, Cardinalis Cafinus.

Theologi Augustiniani Antiprobabilistæ.

VI. Lambertus Le Drou, Ignatius Lacorda, Henricus Noris Cardinalis, Franciscus Farvacque, Christianus Lupus, Joan Schervieterus, Bartholomæus Riccius, Fredericus Gavardi, Leonardus Vanroy, Nicolaus Girchen, Aurelius Piette, Joannes Libente, Fulgentius Bellèli, Antonius Guerterus, Joannes Laurentius Bertii.

Theologi Carmelitæ, Trinitarii, & Minimi Antiprobabilistæ.

VII. Ex Carmelitarum Carolus ab Assumptione, Henricus à S. Ignatio, Marinarius Brocardus, Christophorus à S. Joseph, qui contra Probabilismum laudat S. Matem Terebam, & S. Joannem à Cruce.

VIII. Ex Trinitariis Michael à S. Joseph Ilbrum edidit inscriptum *E studio de la verdat an. 1715.*

IX. Ex Minimis Maignanus, & sapientissimus Palanco, qui integrum tomo in folio. Probabilismum labefactavit.

Theologi Jesuitæ Antiprobabilistæ.

X. P. Claudio Lacroix lib. 1. num. 169. Scribit Autores ferè omnes ex Societate Jesu Probabilismum defendere. Similiter docent Terillus, Cafnedi, Fibus, & alii: ita sunt qui inclita Societas splendori tenebris offendunt, & detinendum infernum magnum. Alii Theologi Jesuitæ calumniatorum loco habent qui præstantissime Societati Probabilismum affingunt. P. Stéphanius de Champ librum edidit scriptum *Quæstio Fæci*, quo à nota defendunt Probabilismum ut proprium Societatem liberat. Idem præfitero Fabri, Daniel, Moja, Gonzalez, Camargo. Si Probabilismus est doctrina benigna solvendis animabus opportuna, cur hi Theologi calumniatorum loco haberent qui Probabilismum Societati adferunt?

XI. Sapientiores Theologi Jesuitæ Probabi-

Alli Theologi non Regulares Antiprobabilistæ.

XVIII. Fagnanus, Joannes Andreas, Fortunatus Garcia, Antonius de Batro. Abbas Alexander, Baldus, Marenda, Episcopus Petrocoricensis, Genet, Armandus, Bordoni, La Vendre, Bondor, Cabauatu, Meribus, Steartius, Huijens, Florentius, Coque, Habert, Chartas, Pontas, Sinnichius, Le Hermenier, Pontasius, Vanvianen, Haigens, Neesien, Ballecerius, alii quæ plurimi.

XIX. Universa Ecclesia Gallicana Probabilismum damnavit. Integri Ordines eundem eliminaverunt. Lutherani & Calviniani exprobant, tametsi iniuria summa, Catholicis, ut alibi patet, *Probabilismum tanquam corruptissimum doctrinam*. Legantur Heinricus, Philius, Badius, Joreeu, Le Placette, & communiter alii. Catholicorum verò universa Europa eruditissimi, doctissimi, & antiqui Ecclesiæ discipline, Patrumque, & Evangeliorum doctrinae salientissimi viri commentari probabilisticum improban, & profligant. Quare tunc rationum, tunc autoritatum momentis Probabilismus confosus jacet.

CAPUT X.

Licitum est amplecti opinionem evidenter probabiliter pro libertate, relata minus probabilitate pro lege.

I. **H**ÆC vox tutor significare potest majorem securitatem à periculo peccandi etiam materia. Ita: & hoc in sensu non semper tenetur ad tutoria. Russus iste terminus *tutor* significare potest securitatem à falsitate: & hoc in sensu opinio probabilis est etiam tutor. Sola veritas est legitima regula conscientie honestæ: & ideo opinio magis accedit veritati, probabilis, & tutor est. Opinio que magis removet a periculo peccandi, tutor utique est; & si dixeris semper urgere preceptum amplectendi talen opinionem, tunc haec sententia falsa est. Tutor est reliquias status quam laicis, quia magis renoveret hominem à peccandi occasione; ar si dixeris, obstringi christianos ad hunc statum suscipiens, haec opinio tutor falsa est.

II. Porro ut licetum sit amplecti opinionem probabiliorum, relata minus probabilitate tute, requiritur ut haec major probabilitas sit notabilis, & nitatur rationum momentis quæ valde praudent rationibus opinionis minus probabilis. His delibatis, evincitur propria sententia.

III. Licitum est exequi id quod omnibus servis expensis apparere prudenter verum, & honestum. At dum sententia adfirmans talen actionem esse honestam, mihi post adhibitam omnem diligentiam necessariam, verisimilior opposita ex rationibus graviter præponderantibus apparuit, prudenter iudico talen actionem esse honestam, & veram talem opinionem. Licer enim ob imbecillitatem mentis humanæ interdum falsa verifi-

millora apparent, communiter tamen & protinus quod probabilis est, verum est. In nostro casu opposita opinio est minus probabilis, & quidem validè; ergo judicare prudenter nequeo esse veram. Veritas autem est, ut dixi, conscientia rectæ regula.

IV. Confirmatur auctoritate Alexandri VIII. damnantis hanc thesim: *Non licet sequi opinionem vel inter probabilis probabilissimam*. Sensus obvius damnatae thesis est quod non licet sequi opinionem minus tutam, tametsi probabilissimam. Ergo licet sequi opinionem minus tutam, dummodo valde probabilior sit opposita tutoris minus probabilis. *Lege tom. 2. Appar. lib. 3. dispa. 10. c. 1.*

CAPUT XI.

Abortio ad Confessarios.

I. **M**ultis opus non est, ò Christi ministri, ut recessum à Probabilistis regno vobis suadeam, in quo non Deus, ut Episcopus Palancio, vir non doctrina modò, sed morum sanctitate etiam celeberrimus ait, regnat, sed hominum inventiones, & vane corudem cogitationes. Christus autem Magister velet, *Math. 13. clamat: Sine causa colunt me, doentes doctrinas, & mandata bonorum. Doctrina autem hominum, non Dei sunt, quas haec tenus resellere studiis.*

II. Serio quælo perpendite securitatem, & tranquillitatem quam vobis Probabilistæ spondent, illi ipso tempore quo lucem splendidiorem repelliunt, vi reflexionis humanæ, quam homines excogitantur. *Contra clamant Scriptura divina. Audite Paulum 1. Cor. 4. Nil nisi conscientiam; sed non id hoc justificat sum.* Repoluissent nos Apolo Probatibilia, ut formaret sibi syllagmum refutum, quo excuteret timorem suum? At subdit continuo Paulus: *Qui autem judicat me, Dominus est.* Judicat autem non secundum doctrinas, rescas, quas excogitant homines, sed secundum legem tuam æternam, immutabilem, & veram. Quare horatur Paulus ad Phil. c. 2. ut cum nactu, & tremore falorem vestram operemini. Hunc sanctum nomen, & pavorem continent, suadent, & jubent Scripturae divinae. *Servite Dominum in timore, & exultate ei cum tremorez Psal. 2. Deinde quis intelligi? Ab oculis meis mundu me. Psal. 18.*

III. Quibus autem auscultandum? Divinis Scripturis, an Probabilistis? Scriptura clamat: *Est via qua videtur homini recta, novissima autem illius deducunt ad mortem.* Probabilismus contra contendit rectum evadere quod distortum, & erroneum appareat, unius reflexæ propositionis ope. Sed quid ultra protraho manifestissimam oppositionem inter Scripturas sanctas, & probabilistica axiomata? Vos ipi, Christi ministri, jam advertitis, nihil est æterna salutis negotio perficendo tam infustum quam est securitas invenia at hoc novo opinandi modo, qui errorum ipsum subtilium reflectionum artificio, & igno-

rauic tenebris obiectum , veritati coquat. Sed Ecclesiast. c. 2. inquit : Error , & tenebre peccatoribus concreta sunt : & David adjicit : Dominus fuit cogitationes bonum , quoniam vana sunt: Psal. 93.

IV. Illud autem animis vestris altius infixum hereat, o Dei ministri , quod S. Paulus vobis commendat : Prædicta verbum , infra opportunitatem importu: argue , obsecra , increpa in omni patientia , & doctrina : 2. ad Tim. 4. Verbum , non hominum , sed Dei prædicandum vobis est , non es suggestum tamum , sed ex ipso potissimum penitentia tribunali. Duplex doctrinam , alternatam pro cathedra , alteram pro tribunali solvendi , & ligandi excoquuntur Scribe & Pharisæi. Una est & quidem simplex Christi doctrina , quam addit S. Paulus , homines sustinere refugunt , quia inimicam carni , & appetitionibus: idcirco eam cavillationibus , paradoxis , commentis inauditis corrumpere satagunt. Erat enim tempus cum sanam doctrinam non substinetur , sed ad sua desideria coacervabat fibi magistrorum , pruientes auribus ; & veritate quidem auditum avertent , ad fabulas autem convertentur.

V. Illa doctrina corrupta est , inquit cum omnibus Patribus S. Thomas in hunc locum , quebatur admixtam falsitatem. Probabilissimus habet admixtam falsitatem , cum defendat licitum usum contrarium de eadem actione opinionum. Num fabula sit quæ hactenus refellimus , vos ipsi judicate. Doctrinæ quas confutavi , pruiriunt & rejiciunt.

VI. Hoc autem scitote vos minimè posse hanc divinæ veritatis doctrinam annuntiare , & exerte inculcare opportune , & importunè , quin impropria , defensiones , & perlectiones , & quidem graves sustineatis. Quoniam addit ibidem c. 3. Paulus : Omnes qui p̄e volunt vivere in Christo Iesu , persecutionem patientur.

THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS.

LIBER TERTIUS.

IN PRIMUM DECALOGI MANDATUM , SEU DE FIDE,
Spe , & Charitate , quibus Deus colitur.

DISSERTATIO PRIMA.

De Fide , & Spe.

CAPUT I.

Recessentur propositiones damnatae ab Ecclesia in materia fidei.

1. Ab infidelitate excusatibus infideli non credens , duxit opinione minus probabilem.

2. Fides non confiterit cadere sub preceptum scriptiale & secundum se.

3. Satis est alium fidei sententia in vita elicere.

4. Si à potestate publica quis interrogatus fidem invenire conseruit , ut Deo , & fidei gloriosum confessus , ut peccatum suum per se non danneret.

5. Voluntas non potest facere ut assensus fidei infuso sit magis firmus , quam mereatur pondus rationis ad assensum impellentum.

6. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum quem habet supernaturalem.

7. Assensus fidei supernaturalis , & urilis ad salutem sicut cum notitia solum probabili revelatio- nis ; immo cum formidine qua quis formidet ne non sit locutus Deus.

8. Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate mediis , non autem explicita remuneratur.

9. Fides latè dicta ex testimonio creaturam familiari motivio ad justificationem sufficit.

10. Absolutionis capax est homo , quantumvis labores ignorantia mysteriorum fidei , & etiam si per negligenciam , etiam culpabilem nesciat mysterium sanctissime Trinitatis , & incarnationis Domini nostri Iesu Christi.

11. Sufficit illa mysteria sententia credidisse.

12. Ducas alias propositiones proscriptas in hac materia Clerus Gallicanus c. 17.30. Prima haec est : Religio christiana est evidenter credibilis nam credens est prudenter si quisquam cam amplexatur ; non evidenter vera , nam aut obsequie docet , aut quip docet , obsecra sunt. Immò qui ajunt , Religio nem christiana est evidenter vera , sicut autem necesse est falsam evidenter esse. Infra hinc evidenter non esse.

1. Quid existat nunc in terris aliqua vera Religion. Unde enim habet non omnium carnem corruptibilem suam ? 2. Quid omnium que in terra sunt , verisimilium sit christiana. An enim omnes terras paragraphi , aut paragraphi ab aliis estis nisi ? 3. Quid ab Apostoli & dominicis est profecta fidei Divinitatis Christi : id enim si docet , docere te oportet . Coriscum manifeste Deum esse. 4. Quid afflante Deo fusa sint Prophetarum macula : quid enim mibi opposet , vel negem illa suffice vera victimina , vel affirmem conjecturam ? 5. Quid vera fuerint que à Christo edita sufficie commemorantur narracula ; quamquam negare hoc nemo prudenter potest.

Confira quan Clerus Gallicanus tulit in propositionem prefatam , haec est : Doctrina hac propositione contenta , impia est , blasphemia , erroria , & inimicis christiane religionis faveat.

13. Altera haec est : Evidens non est evidencia morali proprie dicta , & physica Religionem christianam veram esse.

Censura : Hac propositio , doctrinam superiori propositione consentaneam continens , temeraria est , & in errore inducit.

14. Infidelitas purè negativa in his quibus Christus non est predicator , peccatum est , Damnata fuit à Pio V. & Gregorio VIII.

15. Nihil credendum est quid excessat nostri intellectus virerunt. Concilium Rhemensis hanc Petri Abaelardi propositionem damnavit an. 1148.

16. Quando in magni peccatoribus deficit omnis amor , deficit etiam fides : & etiamque videantur credere , non est fides divina , sed humana. Similius est si. Palaclus Quenelli.

CAPUT II.

Census propositionum que videtur laxa , ex Casuistis deciptriarum.

I. „E T quidem in prædicto existimo , numquam : „aut rarissime denegandam absolutionem ob doctrinæ christianæ ignorantiam : quia „rufici ignorantes non habent commode Docto- „rem , & Confessor potest illos instruere : nec „ipsi majoriter adficiendi capacitatem habent , „immò (ut n. 2. dicimus) bac perfetta instruc- „tio non est necessaria eos ab eo possit. Thomas Sanchez lib. 2. Sum. c. 3. n. 21.

Pependunt nunc religiosi confessores , quād im-
Tom. I.

merito mendum typographicum nec loco & carp- serint , cum doctrina re ipsa laxa sit. Illud enim , & continuo retractatur à P. Sanchez , & substi- tuit : Immò hoc perfecta instrucio non est necessaria.

II. „Dum infidelis sibi persuasum habet suam „, sedam esse probabilem , quamvis contraria sit „, probabilior , teneretur utique in articulo mortis „, si confitetur veram fidem , quam probabilior „, rem judicat , amplecti utpote qui in eo articulo , culo est constitutus in quo de extrema salute „, agitur , ac proinde patrem quam ruforem , & „, probabiliorum judicat , amplecti tenetur , at „, extra eum articulum non tenetur , quod adhuc „, prudenter existimet se posse in sua fidei perse- „, verare , tempusque rei melius examinanda fu- „, perficit. Addit . mysteria fidei tam sublimia esse „, ac christianos mores adeo carnis & sanguinis „, legibus repugnare , ut non quevis major pro- „, babilitate sufficiens reputetur ad inducendam „, credendi obligationem . Thomas Sanchez 4. „Decal. c. 1. n. 6. Moya par. 1. ad tr. 6. App. dis. 5. quib. 2. Hæc doctrina Pythagorismum in- vehit in Religionis negotium.

III. „Eo alesau semel habito , præceptum „, hoc affirmativum fidei per se directe amplius „, non obligat : quia ex una parte nullum potest „, assignari tempus certum & determinatum ne- „, que Christi , neque Ecclesiæ lego , quo per se „, directe obligat præceptum fidei quadam actum „, internum . „ id est Christus Dominus pruden- „, ter creditur non voluisse imponere præceptum „, posse ditindum fidei . „ Patritius Spoter tr. 2. „in Decal. c. 2. f. 1. 3. §. 3.

IV. „Puto per se & directe numquam obliga- „, ri fideles ad credenda mysteria nec implicitè „, nec explicitè ex vi necessitatibus præcepti fidei. Tamurinus lib. 2. in Decal. c. 1. §. 1. n. 9.

V. „An obliget per se præceptum fidei ad ac- „, tu credendum semel in singulis annis „, Probabilis certe respondeo , non obligare: „, quia non est unde talis obligatio colligatur . Leander à SS. Sacram. tr. 2. de Fide. diff. 2. q. 3. 7.

VI. „Probabilis respondeo , hoc divinum „, præceptum nullo modo obligare per se , aut ex „, vi ipsius præcepti ad elicendos actus fidei „, articulo mortis : quia nec ratio , nec textus „, aliquis cogit ad oppositum allendum . „ idem Leander tr. 2. in Decal. c. 2. f. 1. 3. §. 3. n. 19. & alii.

VII. „Immo existimo fatis probable , ex „, magna causa , v. g. ad evitandam mortem , „, viatorum ab hostiis reportandam , posse „, christianos uti ueste instituta ad proficiendam „, salutem factam , v. g. ueste sacerdotali Turca- rum , vexillo ubi depictus sit Mahometus . „ Antonius à Spiritu Sancto tr. 1. disp. 1. f. 6. n. 26. pag. 4.

VIII. „Rufici , aliqui homines simpliciores „, in Germania , qui heretici habentur , & ca- „, men pertinaces non sunt , possunt absolviri à „, suis Parochis . Ratio est , quia non sunt hæ- „, retici formales , habentque fidem catholicam „, in baptismō acceptam , que non perditur nisi „, errando pertinaciter . „ Bulembaum apud La- croix lib. 2. cap. 4. dub. 3. n. 5.